

re: ac in omnibus & singulis casibus: etiam
[Ordinariis aut per Synodale, vel Prouincia-
les constitutiones reſeruatis] cum eis diſpē-
ſare, præter eas cenſuras & pœnas, vota &
caſus de quibus eſſet merito Sædes Apoſto-
lica conſulenda. Eſq; ac omnibus qui ad
præfatos Mendicantes ob huiusmodi deuo-
tionem recurrerint, Eucharistię Sacramētum
ministrare valent. Hoc conceſſit Eugenius.
4. Monachis Sancti Benedicti per Italiam
conſtitutis, de ſpecialis dono gratię, in fauo-
rem obſeruantię regularis, ex Compendio,
ver. Abſolutio quo ad ſeculares. 2. num. 19.
Et hoc priuilegio gaudent Mendicantes de-
bite expoſiti per communicationem priui-
legiorum, quam habent cum Ordinibus Mē-
dicantibus & non Mendicantibus.

¶ Hoc eſt maximum & ſingulare priui-
legium: per quod poſſunt primo eiſmodi
confeſſarij Mendicantes abſoluere ab omni-
bus peccatis & cenſuris, à quibus poſſunt E-
piſcopi, vel Ordinarij locorum abſoluere etiā
ſi illa peccata vel cenſurę reſeruentur Epiſ-
copis per Synodales. l. aliās quomodolibet.
Eſt tamen caute, & prudenter hoc priuilegio